

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XII**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

redacta: Altitudo & crassitas ei mirabilis. Stemma tam crassum, ut tressi non possint complecti, in hortis longe vastior, si absque cæsu sinatur. Uticæ templum Apollinis fuit, ubi Numidicarum Cedrorum træbes durabant, ita ut positæ fuere prima urbis ejus origine, annis mille centum octoginta octo. Plin. l. 16. cap. 40.

## CAPUT XII.

DE CHAMÆLEONE, CARIO-  
PHILIS & CICHORIO.

**C**hamæleonis nigrae venenosa in Græcia & Ponto radix est. salubris cœli adscribit *Mathiolus* clementia. Nam & Persea Persis quondam Lethalis, innocua Ægyptiis: & Arum Cyrenis tam mite, ut rapi modo in ciborum usum veniat; in Græcia & Italia nec crudum nec coctum edi potest. Occidit canes & fures: in farina hordeacea subæta cum oleo & aqua, canes; fures cum brassica. Si, an homo æger sit vincturus, experiri velis, triduo ea radice lavari debere, quidam asserunt; si toleravit, mortiturum nequaquam existimant. Viscum ad radices nascens, venenum est præsentaneum, at media sumptum quantitate, somnolentos, vigilantes reddit. *Theop. l. 9. de Plantis, cap. 13.* Hinc Cretenses mulieres, ne somnum in opere ineant, sumunt à cena modicum. *Cariophillorum* arbor in Orientali provenit plaga, quibusdam Indici pelagi Insulis Lauti faciem refert, foliis angustioribus & odoratissimis. Cariophylli ex illis proveniant, qui nil aliud, quam rudimenta fructus. Nascitur sponte ex decedentibus Cariophyllis. *Mathiol. in lib. 2. Diosc. 253.* Adolescit intra octenium; & in centesimum usque annum perdurat. In solis Moluccis fructum edit. Cultores arundinibus flagellant arborem, constrato prius circumquaque tegetibus palmeis solo. Triennio vacat vindemias, tum effteratur ac degenerat. *Scaliger Exerc. 146. s. 1.* *Cichorium* verrucarium, verrucatum pestis.

I

Mulei

Multi devoratis semel in acetario hujusce plantæ foliis,  
liberati sunt. Idem præstat semen, drachmæ tribus  
diebus à cœna devoratum pondere. *Mathiol.* in lib. 1.  
cap. 125.

### C A P U T X I I I . DE CROCO ET CERASIS.

**C**rocum floret continuo fere mense. A floribus sub-  
inde prodeunt folia, quæ tota virescunt hyeme,  
spretis algoribus; arescunt ac protus depeduntur ve-  
re, nunquam apparent per aestatem. *Mathiol.* ad l. 1.  
*Diosc.* c. 25. Floret Vergiliatum occasu, confestimque  
cum folio florem expellit. Radix ejus gaudet calcaria-  
pereundo provenit. Hinc versiculos:

Pulchrior ut crescat, teritur crocus, ô furor ingens  
Lætior ut posses surgere, nolle premi!

*Minder.* Aloed. c. 4. Anhelosis tam prodest, ut *Car-*  
*danus* de spirat. diffic. *Cæsatris* de Comitibus socrum,  
quæ propter ingentem duorum mensium *ðυσπνοια*  
jam morti vicina videbatur, restituerit. Pueris in  
partu propinatum, raptim petit uterum, adeo, ut quæ-  
dam foetum croco tinctum ediderit. *Heurn.* lib. 2, me-  
dic. c. 14. Infensus est cerebro; & copioso usū risum  
cier. Exemplum in Mercatore quodam, qui cum plus  
æquo comedisset, in tantum post cibum conjectus est  
cachinnum, ut è vita cum risu discessurus videtur.  
Agaso quidam apud Pisaurienses, super duobus croci  
farcinulis dormiens, eadem nocte obiit. *Lusitan.* Com.  
ad c. 25. lib. 1. *Diosc.* Cerasa sumum hortent. Hinc,  
si radicibus admovereatur, degenerant; proficiunt, si  
sui ipsius putamina falce concisa, cicutum radices sepe-  
liantur, ibique marcescant. Sine ossibus provenient, si  
arborem teneram ad duos recidas pedes, & eam usque  
ad radicem findas partis utriusque medullam, ferro  
abradi cures, utrasque statim vinculo stringas, *Ma-*  
*thiol.* ad lib. 1. *Diosc.* c. 129.

C A P U T